



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)
(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

O3: European Latin Language Certification – Advanced Level - Methodological and Pedagogical tools, Multimedia Practical Tools

Test

(Italian Version: 30.09.2022)

Project Coordinator:

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

Project Partners:

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



ERASMUS+

EULALIA (2019-1-IT02-KA203-062286) is an
Erasmus+ Strategic Partnership for Higher
Education (2019-2022)

Test B1-seconda parte (traduzione)
Tradurre la sezione in corsivo (60 minuti)

Summarium

In oratione pro Roscio Amerino, Cicero adolescentem defendit qui patrem occidisse accusatur. Cicero putat parricidium¹ faciliter credi non posse, quia hoc scelus tam immane est ut solum qui furore captus sit id facere possit. Ad hoc probandum T. Caelii exemplum ducitur.

1	De parricidio causa dicitur (...). In quo scelere, iudices, etiam cum multae causae convenisse
2	unum in locum atque inter se congruere videntur, tamen non temere creditur, neque levi
3	coniectura res penditur, neque testis incertus auditur, neque accusatoris ingenio res iudicatur.
4	Cum multa antea commissa maleficia, cum vita hominis perditissima, tum singularis audacia
5	ostendatur necesse est, neque audacia solum, sed summus furor atque amentia. Haec cum sint
6	omnia, tamen exstent oportet expressa sceleris vestigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore
7	maleficium sit admissum. Quae nisi multa et manifesta sunt, profecto res tam scelestas, tam
8	atrox, tam nefaria credi non potest.
9	<i>Magna est enim vis humanitatis; multum valet communio sanguinis; reclamitat istius modi</i>
10	<i>suspicionibus ipsa natura; portentum atque monstrum certissimum est esse aliquem humana</i>
11	<i>specie et figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, ut, propter quos hanc suavissimam²³</i>
12	<i>lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit (...).</i>
13	<i>Non ita multis ante annis aiunt T. Caelium quendam, Tarracinensem, hominem non obscurum,</i>
14	<i>cum cenatus cubitum in idem conclave cum duobus adolescentibus filiis isset, inventum esse</i>
15	<i>mane iugulatum. Cum neque servus quisquam reperiretur neque liber, ad quem ea suspicio</i>
16	<i>pertineret, id aetatis autem duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent, nomina</i>
17	<i>filiorum de parricidio delata sunt. Quid poterat tam esse suspiciosum? neutrumne sensisse?</i>
18	<i>ausum autem esse quemquam se in id conclave committere eo potissimum tempore, cum</i>
19	<i>ibidem essent duo adolescentes filii, qui et sentire et defendere facile possent? Erat porro</i>
20	<i>nemo, in quem ea suspicio conveniret. Tamen, cum planum iudicibus esset factum aperto ostio</i>
21	<i>dormientes eos repertos esse, iudicio absoluti adolescentes et suspicione omni liberati sunt.</i>
22	<i>Nemo enim putabat quemquam esse, qui, cum omnia divina atque humana iura scelere nefario</i>
23	<i>polluisset, somnum statim capere potuisset, propterea quod, qui tantum facinus commiserunt,</i>
24	<i>non modo sine cura quiescere³⁷, sed ne spirare quidem sine metu possunt</i>